Resonet in Laudibus

Christmas Song of the XIV Century

1.
Resonet in laudibus
Cum jucundus plausibus,
Sion cum fidelibus.

Refrain
Apparuit quem genuit Maria
Gaudete, Gaudete, Christus natus hodie!
Gaudete, Gaudete, ex Maria Virgine.

2.
Sion lauda Dominum
Salvatorem omnium
Virgo parit Filium.

3.
Pueri concurrite
Nato Regi psallite
Voce pia dicite.

4.
Natus est Emmanuel
Quem praedixit Gabriel
Testis est Ezechiel

5.
Juda cum cantoribus
Gradere de foribus
Et dic cum pastoribus.

6.
Qui regnat in aethere,
Venit ovem quaerere,
Nolens eam perdere.